



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio II. De potentia generatiua in diuinis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

Ad nonum dicendum, quod dicitur Deus possit multa bona facere, quae non facit: non tamen omittit: quia non debet illa facere, quod requiritur ad rationem omissionis.

Et similiter dicendum est ad decimum: nam non est reus peccati, qui peccatum non impedit: nisi quando impedire debet.

Ad xi. dicendum, quod verbum Amos intelligitur de malo pena. Quod autem dicitur Sapientia Deus mortem non fecit, intelligitur quantum ad ipsam causam mortis, quae est meritum culpae, vel quantum ad primam naturam institutionem, qua fecit hominem suo modo immortalem.

ARTICULUS VII.

Primum Deus sit omnipotens.

Secundo quaeritur, quare Deus dicatur omnipotens. Et videtur, quod dicitur omnipotens, quia simpliciter omnia possit. Sicut enim Deus dicitur omnipotens, ita dicitur omni sciens: sed deus omni sciens, quia simpliciter omnia scit: ergo & omnipotens dicitur, quia simpliciter omnia potest.

Præterea si non ideo dicatur omnipotens, quia simpliciter omnia possit, tunc haec distributio importata non est absoluta, sed accommodata. Talis autem distributio non est universalis, sed determinatur ad aliquid: ergo divina potentia esset ad aliquid determinata, & non esset infinita.

SED CONTRA. Deus non potest facere, sicut dictum est, ut affirmatio, & negatio sint simul vera: nec potest peccare, nec mori. Haec autem includuntur in hac distributione, si absolute sumatur: ergo non debet absolute sumi, & ita Deus non potest dici omnipotens, quia omnia possit absolute.

Item videtur, quod dicitur omnipotens, quia potest omnia quae vult. Dicit enim Augustinus in enchiridionibus. Non ob aliud vocatur omnipotens, nisi quia quicquid vult, potest.

SED CONTRA. si dicitur omnipotens, quia potest omnia possibilium, aut hoc est, quia potest omnia possibilium naturae: Si quia potest omnia possibilium naturae, tunc eius omnipotentia naturae potentiam non excedit, quod est absurdum: si vero quia potest omnia possibilium sibi, tunc pari ratione quilibet dicitur omnipotens, quia quilibet potest omnia possibilium sibi.

Et præterea est ibi quaedam expositio per circulum locutionem, quae non est conveniens.

Item quaeritur quare Deus dicitur omnipotens, & omni sciens, & non omni volens.

RESPON. Dicendum, quod quidam volentes rationem omnipotentiae assignare, quaedam acceperunt, quae ad rationem omnipotentiae non pertinent, sed magis sunt causa omnipotentiae, vel pertinentia ad perfectionem omnipotentiae, vel pertinentia ad rationem potentiae, vel ad modum habendi potentiam. Quidam enim dixerunt, quod ideo Deus est omnipotens, quia habet potentiam infinitam. Qui non dicunt rationem omnipotentiae, sed causam. sicut anima rationalis est causa hominis, sed non est eius definitio. Quidam vero ideo dixerunt Deum omnipotentem, quia non potest aliquid pati: nec potest deficere, nec aliquid potest in ipsum, & alia huiusmodi, quae ad perfectionem potentiae pertinent. Quidam etiam dixerunt, quod ideo deus omnipotens, quia potest quicquid vult, & hoc habet a se & per se, quod pertinet ad modum habendi potentiam. Haec autem rationes omnes ideo sunt insufficientes, quia praetermittunt rationem operationum ad obiecta, quas implicat omnipotentia. Et ideo dicendum est, quod accipienda est aliqua trium viarum, quae tactae sunt in obiciendo, & dicuntur comparatione ad obiecta. Dicendum ergo est, quod sicut supra dictum est, potentia Dei, quantum est de se, ad omnia illa obiecta se extendit, quae contradictionem non implicant. Nec instantia de illis est, quae defectum important, vel corporalem motum, quia possit ea, Deo est non posse. Ea vero, quae contradictionem implicat, Deus non potest, quae quidem sunt impossibilia secundum se. Relinquitur ergo, quod Dei potentia ad ea se extendat, quae sunt possibilium secundum se.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Deus deus omni sciens, quia scit omnia scibilia: falsa autem, quae non sunt scibilia, nec scit. Impossibilia autem secundum se comparantur ad potentiam, sicut falsa ad scientiam.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa procederet, si distributio terminaretur infra genus possibilium hoc modo, quod non se extendat ad omnia possibilium. Ad illud, quod quaeritur de alia ratione omnipotentiae, dicendum, quod potest quicquid vult facere, non est sufficiens ratio omnipotentiae, sed est sufficiens signum omnipotentiae. Et sic intelligendum est verbum Augustini. Ad illud quod arguitur de tertia ratione dicendum, quod Deus deus omnipotens, quia potest omnia possibilium absolute, & ideo obiectum non recte procedit de possibilibus Deo, vel naturae. Ad illud, quod ultimo quaeritur, dicendum, quod in his, quae aguntur per voluntatem, ut deus metaph. potentia & scientia determinatur ad opus per voluntatem, & ideo scientia, & potentia in Deo quae non determinata, uniuersaliter pronuntiantur, ut cum deus omni sciens, vel omnipotens: sed voluntas qua determinat, non potest esse omnium, sed eorum tantum ad quae potentiam, & scientiam determinant. Et ideo Deus non potest dici omni volens.

QVAESTIO II.

De potentia generatiua in diuina.

Et habet sex articulos.

Primo enim quaeritur, Vtrum in diuinis sit generatiua potentia.

Secundo, Vtrum potentia generatiua in diuinis dicatur essentialiter, vel notionaliter.

Tertio, Vtrum potentia generatiua in actu generationis procedat per imperium voluntatis.

Quarto, Vtrum in diuinis possint esse plures filij.

Quinto, Vtrum potentia generandi sub omnipotentia comprehendatur.

Sexto, Vtrum potentia generandi, & potentia creandi sint idem.

ARTI.

ARTICVLVS PRIMVS.

Utrum in diuinis sit potentia generatiua.

A se habebit tantum ad unum filium generandum, sed ad plures, quod est absurdum.

¶ 11. Præ. Secundum Auicem, quando res aliqua habet aliquid tantum ab altero, ei secundum se considerata, attribuitur oppositum eius: sicut aer qui non habet lumen nisi ab alio, secundum se consideratus, est tenebrosus. Et per hunc modum omnes creaturæ quæ habent ab alio esse, ueritatem, & necessitatē, sicut se considerate, sunt non entes, falsæ, & impossibiles: sed nihil tale potest esse in diuinis. ergo non potest ibi esse aliquis, qui tamen habeat esse ab altero, & ita non potest ibi esse aliquis genitus, & per consequens nec generatio, nec generatiua potentia.

¶ 12. Præ. In diuinis filius non habet aliquid, nisi quod a patre accipit, aliter sequeretur quod esset ibi compositio: sed a patre accipit essentiam, ergo in filio non est nisi essentia. Si ergo est ibi generatio, uel filius est genitus, oportet ibi esse essentiam esse genitam, quod est falsum: quia sic essentia distingueretur in diuinis.

¶ 13. Præ. Si pater generat in diuinis, oportet quod ei conueniat secundum suam naturam: sed eadem est natura in Patre, & Filio, & Spiritu sancto, ergo eadem ratione & Filius, & Spiritus sanctus generabunt, quod est contra fidei documenta.

¶ 14. Præ. Natura, quæ perpetuo & perfecte in uno supposito inuenitur, non conicitur alteri supposito: sed natura diuina perfecte inuenitur in patre & perpetuo, cum sit incorruptibilis, ergo alteri supposito non conicitur, & ita non est ibi generatio.

¶ 15. Præ. Generatio est species mutationis: sed in diuinis non est aliqua mutatio, ergo nec generatio, ergo nec generatiua potentia.

CONTRA. Secundum Phil. in 4. Metaph. Perfectum unumquodque est, quando potest alterum tale facere quale ipsum est: sed Deus pater est perfectus, ergo potest alterum talem facere qualis ipse est, & sic potest filium generare.

¶ 2. Præ. Aug. dicit, quod si pater generare non potuit, impotens fuit: sed in Deo nullo modo est impotentia, ergo potuit generare, & sic est ibi potentia generandi.

RESPON. Dicendum, quod natura cuiuslibet actus est, quod seipsum communicet quantum possibile est. Vnde unumquodque agens agit sicut quod in actu est. Agere uero nihil aliud, est quam communicare illud, per quod agens est actu, secundum quod est possibile: natura autem diuina maxime, & purissime actus est. Vnde & ipsa seipsum communicat quantum possibile est. Communicat autem seipsum per solam sui similitudinem creaturis, quod omnibus patet. Nam qualibet creatura est ens secundum similitudinem ad ipsam: sed fides catholica etiam alium modum communicationis ipsius ponit, prout ipsa met communicatur communicatione quasi naturali: ut sicut ille, cui communicatur humanitas, est homo, ita ille, cui communicatur deitas, non solum sit Deo similis, sed uere sit Deus. Oportet autem circa hoc aduerte, quod natura diuina a formis materialibus in duobus differt, primo quidem per hoc, quod formæ materiales non sunt subsistentes, a unde humanitas in homine non est idem quod homo qui subsistit, deitas autem est idem quod Deus. Vnde ipsa natura diuina est subsistens. Aliud est, quod nulla forma, uel natura creata est suum esse, sed ipsum esse Dei est eius natura & quidditas, & inde est, quod proprium nomen ipsum est, qui est, ut patet Exo. 3. quia

Prima par. q. 41. art. 4. Et 1. dist. 7. q. 1. art. 4.



QVAESTIO est de potentia generatiua in diuinis. Et circa hoc primo queritur, utrum in diuinis sit generatiua potentia. Et utrum non. Ois. n. potentia uel est actiua uel passiuua: sed in diuinis non potest esse potentia passiuua aliqua, nec ibi generatiua potentia potest esse actiua: quia sic filius esset actus uel factus, quod est contra fidem, ergo in diuinis non est potentia generatiua.

Cap. 7. ante mediu m.

¶ 2. Præ. Secundum Philos. in lib. de somno & uig. Cuius est potentia, eius est actio: sed generatio non est in diuinis: ergo nec generatiua potentia, probatio media. Vbi cunque est generatio, ibi est communicatio nature & receptio eiusdem. Sed cum recipere sit materia uel passiuua potentia, quæ in diuinis non est, receptio Deo competere non potest, ergo in diuinis non potest esse generatio.

¶ 3. Præ. Generans oportet esse distinctum a genito, non autem sicut illud, quo generans conicitur genito, quia in hoc potius conueniunt, ergo debet esse in genito aliquid aliud ab eo quod est sibi per generationem conicitum. Et ita oportet omne genitum esse compositum: ut uidetur. In diuinis autem non est aliqua compositio, ergo non potest esse genitus Deus: & sic non est ibi generatio, & ita ut prius.

¶ 4. Præ. Nihil imperfectionis est Deo attribuendum. Sed ois potentia respectu sui actus, imperfecta est, tam actiua quam passiuua, ergo potentia generatiua in Deo ponenda non est. Sed dicitur inens, quod hoc est uerum de potentia non coniuincta actui.

¶ 5. Sed contra. Omne quod perficitur per alterum, est minus perfectum eo, per quod perficitur. Sed potentia coniuincta actui perficitur per actum, ergo actus est ea perfectior: & sic etiam potentia actui coniuincta, respectu actus imperfecta est.

¶ 6. Præ. Natura diuina est efficacior in agendo quam natura creata. Sed in creaturis inuenitur natura aliqua quæ non operatur per aliquam potentiam mediam, sed per seipsam: sicut Sol illuminat aerem, & anima uiuificat corpus, ergo multo fortius diuina natura non per aliquam potentiam, sed per seipsam est principium generationis: & ita in diuinis non est ponenda potentia generatiua.

¶ 7. Præ. Generatiua potentia, aut attestatur dignitati aut indignitati. Non autem attestatur dignitati, quia sic in superioribus creaturis esset magis quam in inferioribus, sicut in angelis & celestibus corporibus, magis uel potius quam in animalibus & in plantis, ergo attestatur indignitati: & sic non est in Deo ponenda.

¶ 8. Præ. In rebus inferioribus duplex inuenitur generatiua potentia, scilicet completa: ut in his quorum generatio est per sexuum commixtionem: & incompleta, quæ est sine sexuum commixtione, ut in plantis. Cum ergo completa Deo non attribuitur, quia non potest poni in diuinis sexuum commixtio, uidetur quod nullo modo sit ibi potentia generatiua.

¶ 9. Præ. Sub potentia non cadit nisi possibile, cuius potentia respectu possibilis dicitur. Sed generatio non est in diuinis, non est possibile uel contingens, cum sit æternum, ergo respectu eius, potentia in diuinis dici non potest, & sic non est ibi generatiua potentia.

¶ 10. Præ. Potentia Dei cum sit infinita, non finitur, neque ad actum, neque ad obiectum. Sed si sit in Deo potentia generatiua, eius actus erit generatio, effectus uero filius, ergo potentia patris non

Tex. 19.

Lib. 3. cont. Max. cap. 7. fin.

D. 460.

D. 1147.

D. 461.

quia sic denominatur, quasi à propria sua forma. Forma ergo in istis inferioribus, quia per se non subsistit, oportet quod in eo, cui communicatur, sit aliquid aliud, propter quod forma uel natura subsistentiam recipiat. & hæc est materia que subsistit formis materialibus & naturis. Quia uero natura materialis uel forma, non est suum esse, recipit esse per hoc, quod in alio suscipitur. Vnde in quodam diuersis est, de necessitate habet diuersum esse. Vnde humanitas non est una in Sorte & Platone secundum esse, quamuis sit una secundum propriam rationem. In communicatione uero, quia diuina natura communicatur, quia ipsa est per se subsistens, non requiritur aliquid materiale, per quod subsistentiam recipiat. Vnde non recipitur in aliquo quasi in materia, ut sic genitus ex materia & forma inueniatur compositus. Et quia iterum ipsa essentia est suum esse, non accipit esse per supposita, in quibus est. Vnde per unum & idem esse est in concitante, & in eo cui communicatur: & sic manet eadem secundum numerum in utroque. Huius autem concitationis exemplum in operatione intellectus congruentis sine inuenitur. Nam ipsa diuina natura spiritualis est: unde per exempla spiritualia melius manifestatur. Cum enim alicuius rei extra animam per se subsistentis noster intellectus concipit quidditatem, sit quaedam concitatio rei quæ per se existit, prout à re exteriori intellectus noster eius formam aliquo modo recipit, quæ quidem forma intelligibilis, in intellectu nostro existens, aliquo modo à re exteriori progreditur. Sed quia res exterior diuersa à natura intelligentis est: aliud est esse formæ in intellectu comprehensæ, & rei per se subsistentis. Cum uero intellectus nisi sui ipsius quidditatem concipit, utrumque seruatur, quia uidelicet & ipsa forma intellecta ab intelligente in intellectu aliquo modo progreditur, cum intellectus eam format, & unitas quædam seruatur inter formam conceptam, quæ progreditur, & rem unde progreditur, quia utrumque habet intelligibile esse. Nam unum est intellectus, & aliud est intelligibilis forma, quæ dicitur uerbum intellectus. Quia tamen intellectus nisi non est secundum suam essentiam in actu perfecto intellectus uel itatis, nec idem est intellectus hominis, quod humana natura, sequitur quod uerbum prædictum & si sit in intellectu, & ei quodammodo conforme, non tamen sit idem quod ipsa essentia intellectus, sed eius expressa similitudo. Nec iterum in conceptione huiusmodi formæ intelligibilis, natura humana concitatur, ut generatio proprie dici possit, quæ concitationem naturæ importat. Sicut autem in nostro intellectu seipsum intelligente inuenitur quoddam uerbum progrediens, eius à quo progreditur similitudinè gerens, ita & in diuinis inuenitur uerbum similitudinè eius à quo progreditur habens. Cuius processio in duobus uerbi nostri processio nem superat, primo in hoc, quod uerbum nostrum est diuersum ab essentia intellectus, ut dictum est: intellectus uero diuinus, qui in perfecto actu intellectualitatis est secundum suam essentiam, non potest aliquam formam intelligibilem recipere, quæ non sit sua essentia. Vnde uerbum eius unius essentiæ cum ipso est, & iterum ipsa diuina natura eius intellectualitas est. Et sic communicatio, quæ fit per modum intelligibilem, est etiam per modum nature, ut generatio dici possit, in quo secundo processio nem uerbi nostri Dei uerbum excedit. Et hunc modum generationis Augustinus assignat in libro de trinitate. Quia uero de diuinis loquimur secun

dem modum nostrum: quem intellectus noster capit ex rebus inferioribus, ex quibus scientiam sumit: ideo sicut in rebus inferioribus cuiusque attribuitur actio, attribuitur aliquod actionis principium, quod potentia nominatur: & in diuinis, quamuis in Deo non sit differentia potentie & actionis, sicut in rebus creatis. Et propter hoc generatione in Deo posita, quæ per modum actionis significatur, oportet ibi concedere potentiam generandi, uel potentiam generatiuam.

AD PRIMUM ergo dicendum quod potentia, quæ in Deo ponitur, nec proprie actiua, nec passiuæ est, cum in ipso non sit nec prædicamentum actionis, nec passionis: sed sua actio est sua substantia: sed ibi est potentia per modum potentie actiue significata. Nec tamen oportet quod filius sit actus uel factus, sicut nec oportet quod proprie sit ibi actio uel passio.

AD SECUNDUM dicendum, quod cum recipere terminetur ad habere, sicut ad finem, dupliciter dicitur aliquid esse recipiens, sicut dupliciter est habens. Habet enim uno modo materia formam suam, & subiectum accidens, uel qualitercumque habitus est extra essentiam habentis. Habet autem alio modo suppositum naturam, ut hic homo humanitate, quæ quidem non est extra essentiam habentis, immo est eius essentia. Sortes enim est uere id quod homo est. Genitus ergo in humanis etiam non recipit formam generantis, sicut materia formam uel sicut subiectum accidens, sed sicut suppositum uel hypostasis habet naturam speciei: & similiter est in diuinis. Vnde non oportet quod sit in Deo genito aliqua materia uel subiectum nature diuine, sed quod ipse filius subsistens sit qui naturam diuinam habeat.

AD TERTIUM dicendum, quod Deus genitus non distinguitur à Deo generante per aliquam essentiam additam, cum sicut dictum est, non requiratur aliqua materia in qua recipiatur natura diuina. Distinguitur autem per ipsam relationem, quæ est ab alio hæc naturam, ita quod in filio ipsa relatio filiationis tenet locum omnium principiorum indiuiduantium in rebus creatis. Propter quod dicitur proprietates personales. Ipsa autem natura diuina tenet locum nature speciei. Quia tamen ipsa relatio secundum rem à natura diuina non differt, non fit ibi aliqua compositio, sicut apud nos, ex principio speciei & ex indiuiduantibus quædam compositio relinquuntur.

AD QUARTUM dicendum, quod ratio illa procedit, quoniam potentia illa ab actu differt: siue sit coniuncta actui siue non. hoc autem non habet locum in diuinis.

Et sic pater solutio ad 5.

AD SEXTUM dicendum, quod omne illud, quod est principium actionis ut quo agitur, habet potentiam rationem: siue sit essentia, siue aliquid accidens medium, puta qualitas quædam inter essentiam & actionem. In creaturis tamen corporalibus, uel uix uel nunquam inuenitur aliqua actio alicuius nature substantialis: nisi mediante aliquo accidente: Sol enim mediante luce quæ in ipso est illuminat. Quia uero anima uiuificat corpus, est per essentiam animæ. Sed uiuificare licet per modum actionis dicatur, non tamen est in genere actionis, cum sit actus primus, magis quam secundus.

AD SEPTIMUM dicendum, quod in creaturis non potest esse generatio, sine diuisione essentia uel nature secundum esse, cum natura non sit suum esse, & ideo in creaturis est generatio cum aliqua indignitate. Et propter hoc in creaturis nobilioribus non competit generatio. Sed in

In corp. ar.

Cap. 14. 15. 22.

D. 200.

In eo & ad argu

In corp. 11

Sed in Deo potest esse generatio huiusmodi, sine huiusmodi, uel alia imperfectione, & ideo nihil prohibet generationem ibi ponere.

Ad octavum dicendum, qd illa ratio procedit de generatione materiali. vnde ad propositum, locum non habet.

Ad nonum dicendum, quod illud quod est obiectum potentie actus uel passive, cuius actio uel passio est cum motu, oportet esse possibile, & contingens: cum omne mobile huiusmodi sit. Talis autem non est potentia generatiua in Deo, ut dictum est: unde ratio non sequitur.

Ad x. dicendum, qd filius Dei non se habet ad potentiam generatiuam, sicut effectus, cum eum genitum, non factum, confiteamur. Si tamen esse effectus, potentia generantis non finiretur ad ipsum, quamuis alius generari filius non possit: quia ipse infinitus est. Quia autem alius filius in diuinis esse non potest, contingit, quia ipsa filiatio est proprietas personalis ipsius, & hoc quo, ut ita dicam, indiuiduatur. Cuiuslibet autem in diuiduo, principia indiuiduantia sunt soli sibi: aliis sequeretur, quod persona uel indiuiduum esset communicabile ratione.

Ad xi. dicendum, qd uerbum illud A uic. intelligendum est, quando id quo recipitur ab alio: non idem numero est in recipiente, & dante: sicut accidit in creaturis respectu Dei. Vnde omne receptum in creatura, est quasi unitas respectu esse diuini: quia creatura non potest esse recipere secundum illam perfectionem, qua in Deo est: sed filius in diuinis accipit a patre eandem naturam numero, qua pater habet: & ideo non procedit.

Ad xii. dicendum, quod filius non habet aliqd realiter diuisum ab essentia quam a patre recipit: sed hoc ipso, quod a patre recipit, oportet in ipso esse relationem, qua ad patrem refertur: & per quam ab eo distinguitur. Ipsa tamen relatio realiter ab essentia non differt.

Ad xiii. dicendum, quod licet eadem natura sit in patre & filio, est tamen secundum alium modum existendi, scilicet cum alia relatione. Et ideo non oportet, quod quicquid conuenit patri, per naturam suam, conueniat filio.

Ad xiiii. dicendum, quod creatura, per hoc qd participant naturam speciei, pertingunt ad diuinam similitudinem: unde, quod aliquod suppositum creatum subsistat in natura creata, est ordinatum ad alterum tamquam ad finem. Et ideo ex quo sufficienter peruenitur ad finem per unum indiuiduum, secundum perfectam, & propriam participationem naturae speciei, non oportet aliud indiuiduum in illa natura subsistere. Sed natura diuina est finis, & non propter aliquem finem. Fini autem congruit, ut coicetur secundum omnem possibilem modum. Vnde quauis ibi in uno supposito perfecte, & proprie inueniatur, nihil prohibet quin etiam inueniatur in alio.

Ad xv. dicendum, quod generatio est species mutationis ex parte illa, qua natura per generationem communicata recipitur in aliqua materia, quae est mutationis subiectum. Hoc autem non accidit in diuina generatione. Ideo ratio non sequitur.

ARTICVLVS II.

Utrum potentia generatiua in diuinis dicatur essentialiter, uel notionaliter.

Secundo queritur. Utrum potentia generatiua in diuinis dicatur essentialiter, uel notionaliter. Et uidetur, quod notionaliter tantum. Potentia enim rationem principii habet, ut pater per definitiones

positas. 5. Metaph. sed principium in diuinis respectu diuinae personae, notionaliter dicitur. Cum ergo potentia generandi hoc modo principium importet, uidetur, quod notionaliter dicatur. Sed dicitur quod significat simul essentiam, & notionem.

¶ 2 Sed contra. In diuinis, secundum Boetium sunt haec duo praedicamenta, substantia, ad quam pertinet essentia: & ad aliquid, ad quod pertinent notionalia. Non potest autem aliquid esse in duobus praedicamentis, quia homo albus non est aliquid unum, nisi per accidens, ut habetur 5. Metaph. ergo potentia generandi non potest in sua ratione utrumque complecti, scilicet, substantiam, & notionem.

¶ 3 Praet. Principium in diuinis distinguitur ab eo, cuius est principium. Sed essentia non debet distinguui: ergo non competit ei ratio principii. & ita potentia, quae rationem principii includit, non significat essentiam.

¶ 4 Praet. In diuinis, quod est proprium, est relatiuum, & notionale: quod uero est commune, est essentialiter & absolute. Potentia autem generandi non est commune patri & filio, sed propria patris: ergo dicitur relatiuum, siue notionaliter, non essentialiter, nec absolute.

¶ 5 Praet. Propria actionis est principium propria forma non communis, sicut homo per intellectum intelligit. Nam haec actio est sibi propria respectu animalium aliorum, sicut & forma rationalitatis siue intellectualitatis. Sed generatio est propria operatio patris in quantum est pater: ergo eius principium est paternitas, quae est propria forma patris, & non deitas, quae est forma communis. Paternitas uero ad aliquid dicitur: ergo potentia generandi non solum quantum ad rationem principii, sed etiam quantum ad id quod est principium, dicitur ad aliquid.

¶ 6 Praet. Sicut potentia generandi realiter ab essentia diuina non differt, ita nec est paternitas: sed hoc non obstante paternitas dicitur tantum ad aliquid, ergo nec propter hoc debet dici, quod potentia generandi, cum relatione significet essentiam.

¶ 7 Praet. In diuinis tria inuenimus, quae rationem principii habent, scilicet, potentiam, & scientiam, & uoluntatem, quae essentialiter dicitur in Deo: sed scientia, & uoluntas non simul significantur cum aliqua relatione uel notionem in diuinis: ergo pari ratione nec potentia. Et sic non potest dici, quod potentia generandi significet simul essentiam ex parte potentiae, & notionem ex parte generationis, sed uidetur quod significet tantum notionem per rationes inductas.

SED CONTRA est, quod Magister dicit 7. dist. primi sententiarum, quod potentia generandi in patre est ipsa diuina essentia.

¶ 2 Praet. Hil. dicit, quod pater generat uirtute naturae diuinae: ergo ipsa natura est generationis principium: & sic rationem potentiae habet.

¶ 3 Praet. Dam. dicit, quod generatio est opus naturae existens: & sic idem quod prius.

¶ 4 Praet. In diuinis est tantum una potentia. Sed potentia generandi dicitur essentialis, ergo & potentia generandi.

RESPON. dicendum, qd circa hoc est multiplex opinio. Quidam dixerunt, qd potentia generandi in diuinis dicitur ad aliquid. Et mouebantur hac ratione. Quia potentia secundum suam rationem est principium quoddam: principium autem relatiue dicitur, & est notionale, si refertur ad diuinam potentiam, & non ad creaturas. Sed in hac ratione uidentur fuisse decepti propter duo. Primo, quia licet potentiae conueniat ratio principii, quod in genere relationis est, tamen id, quod

Tex. 17.

In li. de Tri.

Tex. 7.

Lib. 1. dist. 7.

Ex li. de fy. nodis a meo illius, & per totu li. Lib. 2. c. 27. li. 1. c. 8.

D. 200.

In corp. ar. & ad r. & 7. argum.

corp. 10

corp. 11

corp. 11

quod est principium actionis uel passionis, nō est relatio, sed aliqua forma absoluta. & id est essentia potentie. & inde est quod Phil. ponit potentiam non in genere relationis, sed qualitatis, sicut & scientiam, quamuis utrique aliqua relatio accedat. Secundo, quia ea quae in diuinis important principium respectu operationis, non dicuntur notionaliter, sed solum ea quae dicuntur principium respectu eius: quod est operationis terminus. principium enim quod notionaliter dicitur in diuinis, est respectu personae subsistentis: operatio autem non significatur ut subsistens. unde ea, quae respectu operationis rationem principij habent, non oportet in diuinis notionaliter dici, alias uoluntas, & scientia, & intellectus, & omnia huiusmodi notionaliter dicerentur. Potentia autem, licet sit principium quodque & actionis & eius quod est per actionem productum, tamen unum accidit ei, alterum uero competit ei per se. not. n. potentia actiua semper per suam actionem, aliquam rem producit, quae sit terminus actionis, cum sint multae operationes quae non habent aliquid operatum, ut Phil. dicit i. Ethic. & 9. Metaph.

1. Ethic. c. 1. & 2. s. 1. c. 15. D. 984.

semper enim potentia est actionis uel operationis principium. Vnde non oportet, quod per relationem principij, quam nomen potentie importat, relatiue dicatur in diuinis. Ipsa etiam positio, ueritati consona non est. Nam si id quod est potentia, est ipsa res, quae est principium actionis, oportet naturam diuinam esse id, quod est principium in diuinis. cum. n. omne agens in quantum huiusmodi, agat simile sibi, illud est principium generationis in generante, secundum quod genus generanti similitur. homo enim uirtute humane nature, generat filium qui sibi in natura humana similis inuenitur. Deo autem patri conformis est Deus genitus in natura diuina. Vnde natura diuina est generationis principium, ut cuius uirtute generat pater, sicut Hyl. dicit. Et propter hoc alij dixerunt, quod potentia generandi significat essentiam tantum. Sed illud etiam conueniens non est. Actio enim quae fit uirtute nature communis, per aliquod sub natura cōi contentum aliquem modum accipit ex proprijs illius principijs, sicut actio, quae debetur nature animalis, fit in homine secundum quod competit principijs speciei humane. unde & homo perfectus habet actum uirtutis imaginatiuae, quam alia animalia, sicut quod competit eius rationalitati. Similiter etiam actio hominis inuenitur in hoc & in illo homine, sicut quod competit principijs individualibus huius uel illius, ex quibus contingit, quod unus homo clarius alio intelligit. Et ideo oportet, quod si natura cōis sit principium alicuius operationis, quae solum patri conuenit, oportet quod sit principium, secundum quod competit proprietati personali patris. Et propter hoc in ratione potentie includitur quodammodo paternitas, etiam quantum ad id quod est generationis principium. Et propter hoc cum alijs dicendum est, quod potentia generandi simul essentiam & notionem significat.

Lib. de Sy. modis circa med.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod potentia importat rationem principij respectu operationis, quae notionaliter non dicitur in diuinis, ut dictum est. AD SECUNDUM dicendum, quod in rebus creatis unum praedicamentum accidit alteri, propter quod non potest ex duobus fieri unum, nisi unum per accidens: sed in diuinis relatio est realiter ipsa essentia, & ideo non est simile. AD TERTIUM dicendum, quod in rebus creatis principium generationis est duplex. generans, & quo generatur, sed generans quidem per generationem distinguitur a genito, cum nulla res generet seipsum. Sed id quo generans generat, non distinguitur, sed est cōe uerique, ut dictum est. Vnde non oportet naturam diuinam distingui, sicut potentia generandi, cum potentia sit principium, ut quo.

In corp. ar.

AD QUARTUM dicendum, quod ratione relationis implicitae, potentia generandi non est communis, sed propria. AD QUINTUM dicendum, quod in qualibet generatione principium generationis principaliter non est aliqua forma individualis, sed forma, quae pertinet ad naturam speciei. Item, non oportet, quod genitum similitur generanti, quantum ad conditiones individuales, sed quantum ad naturam speciei. Paternitas autem non est in patre per modum forme speciei, sicut humanitas in homine, sic enim in eo est diuina natura, sed est in eo, ut ita dicam, sicut principium individuale, est enim proprietatis personalis. Et ideo non oportet, quod sit generationis principium principaliter, sed quodammodo cointellectum ratione supra dicta. aliter sequeretur, quod pater per generationem non solum deitatem, sed paternitatem communicaret, quod est inconueniens.

AD SEXTUM dicendum, quod potentia generandi est idem realiter cum natura diuina, ita quod natura includitur in ratione ipsius, non autem sicut de paternitate: unde non est simile.

AD SEPTIMUM dicendum, quod scientia, uel uoluntas non est principium generationis, cum generatio sit natura, quae in quantum est actionis principium, rationem potentie habet. Et inde est, quod potentia cōsignificatur cum eo, quod est ad aliquid in diuinis, non autem scientia, uel uoluntas. Ad ea autem, quae sunt in contrarium, de facili patet responsio ex praedictis.

ARTICVLVS III.
Vtrum potentia generatiua in actu generationis, procedat per imperium uoluntatis.

TERTIO quaeritur: utrum potentia generatiua, in actu generationis procedat per imperium uoluntatis. Et utrum, quod sic. Hila. enim dicit, quod non naturali ductus necessitate pater genuit filium: sed si non genuit uoluntate, genuit naturali necessitate, quia agens, uel est uoluntarium, uel naturale: ergo pater genuit filium uoluntate. Et sic potentia generatiua per imperium uoluntatis exit in actu generandi. Sed dicebat, quod pater non genuit filium neque uoluntate precedente, neque uoluntate consequente, sed concomitante.

Sed contra: Videtur, quod haec ratio sit insufficientis. Cum enim quicquid est in Deo, sit aeternum, nihil quod est in Deo, potest tempore precedere aliquid in Deo existens: & tamen inuenitur, quod aliquid habet ad aliud rationem principij, sicut uoluntas Dei ad electionem, qua eligit iustos, ex hoc solo, quod ab intellectu procedit: ergo quamuis uoluntas generationem filij tempore non precedat, nihilominus, ut uidetur, potest poni principium generationis filij, ex hoc, quod procedit ab intellectu.

Propter hoc procedit per actum intellectus, cum procedat ut uerbum. uerbum enim intellectuale non est, nisi cum intelligimus aliquid cogitantes, ut Aug. dicit 9. de Trin. sed uoluntas est principium intellectuales operationis: imperat enim actum intellectus sicut & aliarum potentiarum, ut Anselmus dicit. Intellico enim quia uolo, sicut & ambulo, quia uolo: ergo uoluntas est principium processionis filij. Sed dices,

In lib. de Sy. modis circa med.

In lib. de Sy. modis circa med.

In lib. de Sy. modis circa med.

In lib. de Sy. modis circa med.

ces, quod in humanis verum est quod voluntas imperat actum intellectus, non autem in diuinis.

¶ 4 Sed contra, praedestinatio quodammodo est actus intellectus. Dicimus enim quod Deus praedestinavit Petrum, quia voluit, secundum illud Rom. 9. Cuius vult miseretur, & quem & c. ergo non solum in humanis, sed etiam in diuinis voluntas imperat actum intellectus.

¶ 5 Præter. Secundum Philosophum 8. Physic. quod mouetur ex seipso, potest moueri & non moueri: & eadem ratione quod agit ex seipso, agere potest & non agere: sed natura non potest agere & non agere, cum sit determinata ad vnum, ergo non agit ex seipso, sed quasi mota ab alio. hoc autem in diuinis esse non potest. Nulla ergo actio in diuinis est a natura, & sic nec generatio. Et ita generatio est a voluntate, cum omnia agentia reducantur in naturam, vel voluntatem, vt patet secundo Physico.

¶ 6 Præter. Si actio naturæ præcedat actionem voluntatis, sequitur inconueniens, quod scilicet ratio voluntatis tollatur. Nam, cum natura sit determinata ad vnum, si voluntatem moueat, eam ad vnum tantum mouebit: quod est contra rationem voluntatis, quæ secundum quod huiusmodi, libera est. Si vero voluntas naturam moueat, neque tollitur ratio naturæ, neque voluntatis, quia quod se habet ad plura nihil prohibet quod ad vnum moueat. ergo rationaliter actio voluntatis præcedit actionem naturæ, magis quam econuerso. Sed generatio filij est pura actio siue operatio, ergo est a voluntate.

¶ 7 Præter. In psalmo dicitur. Dixit & facta sunt: quod Augustinus exponit, i. verbum genuit in quo erant vt fierent. Sic ergo processio verbi a patre, est ratio creaturæ producendæ: si ergo filius non procedit a patre p imperium voluntatis, sed naturæ, videtur se qui quod omnes creaturæ a Deo naturaliter, & non solum voluntarie procedant: quod est erroneum.

¶ 8 Præter. Hila. dicit in libro de synodis, Si quis nolere patre natū dicat filiū: anathema sit. nō ergo pater genuit filium inuoluntarie, & sic idem quod prius.

¶ 9 Præter. Ioan. 2. dicitur. Pater diligit filiū, & omnia dedit in manu sua, quod secundum vnam glossam exponitur de daemone generationis æternæ. Dilectio ergo patris ad filium est signum potius quam ratio generationis æternæ, sed dilectio est a voluntate: ergo voluntas est principium generationis filij.

¶ 10 Præter. Dionys. in libro de di. no. dicit, quod diuinus amor non permittit ipsum sine germine esse. Ex quo etiam videtur idem, scilicet quod amor sit ratio generationis.

¶ 11 Præter. Positio ad quam non sequitur aliquid inconueniens, siue error, potest poni in diuinis: sed si ponatur quod pater genuerit filium voluntate, non sequitur aliquid inconueniens. Neque enim sequitur quod filius non sit æternus, vt videtur, neque quod non sit consubstantialis, aut æqualis patri, quia Spiritus sanctus qui procedit per modum voluntatis, coæternus est, coequalis, & consubstantialis patri & filio. ergo videtur quod non sit erroneum dicere quod pater genuit filium voluntate.

¶ 12 Præter. Voluntas qualibet non potest non velle suum vltimum finem: sed finis diuine voluntatis est comunicatio sue bonitatis, quæ maxime fit per generationem, ergo voluntas patris non potest non velle generationem filij: voluntate ergo genuit filium.

¶ 13 Præter. Humana generatio a diuina extrahitur, sicut illud Eph. 3. Ex quo omnis paternitas in cœ-

Tex. 134. & 29.

Lib. 2. c. 6. 45. & 49.

Li. 2. de genesi ad iheram cap. 6. & 7.

Circa med. libri.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

Ca. 4. parte 2. a medio.

A lo & in terra no. Sed humana gñatio subiacet imperio voluntatis, aliter in actu generationis peccatum non esset, ergo etiam diuina: & sic idem quod prius.

¶ 14 Præter. Ois actio naturæ immutabilis est necessaria. Sed natura diuina oino est immutabilis. Si ergo generatio sit operatio naturæ & nō voluntatis, sequitur quod sit necessaria. Ita quod pater genuit filium necessitate: quod est contra August. ad Orosium.

¶ 15 Præter. Augustinus dicit quod filius est consilius de consilio, & uoluntas de voluntate. Sed hæc propositio de denotat principium, ergo voluntas est principium generationis filij: & sic idem quod prius.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in libro ad Orosium. Pater neque uoluntate, neque necessitate genuit filium.

¶ 2 Præter. Summa diffusio voluntatis est per modum amoris: Filius autem non procedit per modum amoris: sed potius Spiritus sanctus. ergo uoluntas non est principium generationis filij.

¶ 3 Præter. Filius procedit a patre: ut splendor a luce, sicut illud Hebræorum. 1. Qui cū sit splendor gloriæ, & figura substantiæ & c. sed splendor non procedit a luce uoluntate mediante, ergo nec filius a patre.

RESPON. Dicendum, quod generatio filij potest se habere ad uoluntatem, vt uoluntatis obiectum. Pater enim & filium uoluit, & filij generationem ab æterno: nullo autem modo uoluntas esse potest diuine generationis principium: quod sic patet.

Voluntas in quantum uoluntas, cum sit libera, ad utrumlibet se habet. Potest enim uoluntas agere uel non agere, sic uel sic facere, uelle & non uelle. Et si respectu alicuius hoc uoluntati non conueniat, hoc accidet uoluntati non in quantum uoluntas est, sed ex inclinatione naturali, quam habet ad aliquid, sicut ad finem ultimum, quem non potest non uelle, sicut uoluntas humana non potest non uelle beatitudinem, nec potest uelle miseriam. Ex quo patet, quod omne illud, cuius uoluntas est principium quantum in se est, possibile est esse uel non esse, & esse tale uel tale, & tunc uel nunc.

¶ 10 Præter. Ois aut illud, quod sic se habet, est creatum: quia in eo quod increatum est, non est potestas ad esse uel non esse, sed per se necesse est esse, vt Avicenna probat. Si ergo ponit filius uoluntate genitus, necessario sequet ipsum esse creaturam. Et pro hoc Ariani, qui ponebant filium creaturam, dicebant esse esse genitum uoluntate. Catholici autem dicunt filium non uoluntate, sed natura. Natura. n. ad vnum determinata est. Et sicut hoc, ex hoc, quod filius est a patre genitus natura, oportet quod ipse non possit esse non genitus, & quod non possit esse alio modo, aut patri, non consubstantialis, cum quod naturaliter procedit, procedat in similitudine eius a quo procedit. Et hoc est, quod Hyl. dicit in lib. de syn.

Oibus creaturis substantiam Dei uoluntas attulit, sed naturam filio dedit perfectam naturam. & ideo talia sunt cuncta, qualia Deus esse uoluit. Filius autem talis est, qualis est Deus. Sicut autem dictum est, uoluntas, licet respectu aliquorum ad utrumlibet se habeat, tamen respectu finis ultimi, naturalem inclinationem habet. Et similiter intellectus respectu cognitionis principiorum primorum, naturalem quandam motum habet. Principium autem diuine cognitionis est ipse Deus, qui est finis sue uoluntatis. unde illud quod procedit in Deo per actum intellectus cognoscens seipsum, realiter procedit, & similiter quod procedit per actum uoluntatis diligens seipsum.

¶ 11 Præter. Quæst. dist. S. Thomæ. B Et pro-

C. 7. in prin. tom. 4. 1. de trin. cap. 20.

Hic in script. batur Dialog. 65. quæst.

Vide. 1. p. p. 27. a. 4. & sic rec. ad prima.

8. metaph. 4.

Post med. libri non parum.

QVAEST. II. DE CREATIONE, ARTIC. III.

Et p[ro]p[ter] hoc, cum filius procedat ut uerbum per actum intellectus diuini, in quantum pater cognoscit seipsum: & Spiritus sanctus per actum uoluntatis, in quantum pater diligit filium: sequitur quod tam filius quam Spiritus sanctus, naturaliter procedant, & ex hoc uoluntatis quod sunt consubstantiales, & coaequales, & coaeterni patri & sibi inuicem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Hil. loquitur de necessitate quae importat uolentiam: quod patet per hoc quod subdit, non naturali necessitate ductus, cum uellet generare filium.

AD SECUNDVM dicendum, quod respectu nullius rei est in Deo uoluntas antecedens, quia quicquid aliquis Deus uult, ab aeterno uoluit: eo comitans uero est respectu omnium bonorum quae sunt in ipso in creaturis. Vult enim esse, & creaturam esse. Sed procedens uel antecedens tempore quidem non est nisi respectu creaturae, quae ab aeterno non fuit. Praecedens uero intellectu est respectu actuum aeternorum, qui significantur ad creaturas terminari: sicut dispositio, praedestinatio, & huiusmodi. Generatio uero filij, neque est creatura, neque ad creaturam significatur terminari. Unde respectu eius non est uoluntas praecedens, nec tempore, neque intellectu, sed solum uoluntas concomitans.

AD TERTIUM dicendum, quod sicut actus intellectus uel sequi actum uoluntatis, in quantum a uoluntate imperatur, ita e conuerso actus uoluntatis uel sequi actum intellectus, in quantum per intellectum praesentatur uoluntati suum obiectum: quod est bonum intellectum. Unde esset procedere in infinitum, nisi esset ponere statum, uel in actu intellectus, uel in actu uoluntatis. Non autem potest status poni in actu uoluntatis, cum obiectum praesupponatur ad actum: unde oportet ponere statum in actu intellectus, qui naturaliter intellectum consequitur: ita quod a uoluntate non imperatur. Et per hunc modum procedit filius Dei, ut uerbum, secundum actum intellectus diuini: ut ex dictis patet.

In corp. art. AD QUARTVM dicendum, quod actus intellectus diuini naturalis est: sicut quod ad ipsum Deum terminatur, qui est principium suae cognitionis. Secundum uero quod significatur ad creaturas terminari, ad quas sic se habet quoddammodo ut intellectus noster ad conclusiones non naturaliter ab intellectu progreditur, sed uoluntarie. Et ideo in diuinis aliquis actus intellectus significatur ut imperati a uoluntate.

AD QUINTVM dicendum, quod quo ad ea, ad quae natura potest se extendere secundum propria principia essentialia, non indiget ut ab alio determinetur, sed ad ea tantum, ad quae propria principia non sufficiunt. Unde Philosophi non sunt ducti ut ponerent opus naturae, opus intelligentiae, ex operibus, quae competunt calido & frigido secundum seipsa, quia in his etiam ponentes res naturales, ex necessitate materiae accidere, omnia naturae opera reducebant. Ducti sunt autem ex illis operationibus, ad quas non possunt sufficere uirtus calidi & frigidi, & huiusmodi qualitarum: sicut ex membris ordinatis in corpore animalis tali modo, quod natura saluatur. Quia ergo naturae diuinae secundum se opus est generatio, non oportet quod ad hanc actionem ab aliqua uoluntate determinetur. Vel dicendum, quod natura determinatur ab aliquo, ut in finem. Illi autem naturae, quae est finis, & non ad finem, non competit ab aliquo determinari.

AD SEXTVM dicendum, quod in diuersis considerando,

actio uoluntatis actionem naturae praecedat. Unde totius naturae inferioris actio ex uoluntate gubernantis procedit. Sed in eodem oportet quod actio naturae praecedat actionem uoluntatis. Natura enim intellectu praecedat uoluntatem, cum natura intelligatur esse principium quo res subsistit, uoluntas uero ultimum quo ad finem ordinatur. nec tamen sequitur quod tollatur ratio uoluntatis. Quia uis, nam ad inclinationem naturae uoluntas ad aliquid unum determinetur, quod est ultimus finis a natura intentus, respectu tamen aliorum, indeterminata manet: sicut patet in homine, qui naturaliter uult beatitudinem & de necessitate, non autem alia. Sic ergo in Deo naturae actio, actionem uoluntatis praecedat natura & intellectu. nam generatio filij est ratio omnium eorum, quae per uoluntatem producuntur, scilicet creaturarum.

AD SEPTIMVM dicendum, quod licet in uerbo Dei a patre genito fuerit ut omnes creaturae fierent, non tamen oportet si uerbum naturaliter procedit, quod creaturae etiam naturaliter procedant: sicut nec sequitur, si intellectus noster principia naturaliter cognoscit, quod naturaliter cognoscat ea quae ex principijs consequuntur. Eo enim quod naturaliter habemus, uoluntas uult ad utramque partem.

AD OCTAuum dicendum, quod pater uoluntarie genuit, sed in hoc non designatur nisi uoluntas concomitans.

AD NONVM dicendum, quod si uerbum illud de generatione aeterna intelligatur, dilectio patris ad filium non est intelligenda ut ratio illius dationis, quia pater filio aeternaliter omnia dat, ut signum. Similitudo enim ratio est amoris.

AD X. dicendum, quod Dionysius loquitur de productione creaturae, non de generatione filij.

AD XI. dicendum, quod Spiritus sanctus procedere dicitur per modum uoluntatis, quia procedit per actum, qui naturaliter est a uoluntate, scilicet per hoc quod pater amat filium, & e conuerso. Ipse enim amor est Spiritus sanctus, sicut filius est uerbum quo pater dixit seipsum.

AD XII. dicendum, quod ex illa etiam ratione non sequitur nisi quod pater generationem filij uelit, quod pertinet ad uoluntatem concomitantem, quae respicit generationem nisi sicut obiectum, non sicut id, cuius sit principium.

AD XIII. dicendum, quod humana generatio fit per uirtutem naturalem, scilicet generatiuam potentiam, mediante potentia motiua, quae imperio subiacet uoluntatis, non autem generatiua potentia. Hoc autem non accidit in diuinis, & ideo non est simile.

AD XIV. dicendum, quod Aug. non intendit negare necessitatem immutabilitatis, de qua ratio procedit: sed necessitatem coactionis.

AD XV. dicendum, quod cum dicitur filius esse uoluntas de uoluntate, intelligitur esse de patre, qui est uoluntas. Unde haec praepositio, De, notat generationis principium, quod est generans: non id quo generatur, de quo est praesens quaestio.

ARTICVLVS III.

Utrum in diuinis possint esse plures filij.

QUARTO quaeritur, utrum in diuinis possint esse plures filij. Et uidetur quod sic. Operatio enim naturae, quae conuenit uni supposito, conuenit etiam omnibus suppositis eiusdem naturae. Sed generatio secundum Damascenum, est opus naturae, & conuenit patri, ergo etiam filio & Spiritui sancto, qui sunt supposita eiusdem naturae: sed filius non generat seipsum.

ipsum. Nam secundum Augustinum, nulla res potest generare seipsum, ergo generat alium filium, & sic in diuinis possunt esse plures filii.

¶ 2 Præ. Totam uirtutem suam, pater in filium transfundit: sed potentia generandi pertinet ad uirtutem patris, ergo huiusmodi potentiam habet filius a patre, & sic idem quod prius.

¶ 3 Præ. Filius est perfecta imago patris, ad quod requiritur perfecta assimilatio, quæ non esset, si filius non quantum ad omnia patrem imitaretur: ergo sicut pater filium generat, ita & filius & sic idem quod prius.

¶ 4 Præ. Perfectior est assimilatio ad Deum secundum conformitatem actionis, quam secundum conformitatem alicuius forme, ut patet per Dion. 7. Cap. cele. Hierar. sicut soli magis assimilatur quod lucet & illuminat, quam quod lucet tantum. Sed filius perfectissime assimilatur patri: ergo est ei conformis non solum in potentia, sed etiam in actu generandi: & sic idem quod prius.

¶ 5 Præ. Ex hoc contingit quod Deus facta una creatura potest facere aliam, quia eius potentia neque exhaustur, neque diminuitur in creando: sed similiter potentia patris neque exhaustur, neque diminuitur ex hoc quod generat filium: ergo per hoc quod generat filium, non prohibetur quin possit alium filium generare: & sic possunt esse plures filii in diuinis. Sed dices, quod ideo non generat alium filium, quia sequetur inconueniens, quod Augustinus ponit, scilicet infinita esset diuina generatio, si pater plures filios generaret, uel filius patri generaret nepotem, & sic de alijs.

¶ 6 Sed contra. In Deo, nihil est in potentia quod non sit in actu: esset enim imperfectus, si ergo est in potentia patris quod plures filios generet, nullo inconuenienti prohibente, erunt plures filii in diuinis.

¶ 7 Præ. De natura geniti est ut procedat in similitudinem generantis: sed sicut filius est similis patri, ita & Spiritus sanctus, & ita Spiritus sanctus est filius: & sic sunt plures filii in diuinis.

¶ 8 Præ. Secundum Anselmum nihil est aliud dicere partem filium generare, quam patrem dicere seipsum: sed sicut pater potest dicere seipsum, ita & filius & Spiritus sanctus: ergo pater & filius & Spiritus sanctus possunt filios generare, & sic idem quod supra.

¶ 9 Præ. Ex hoc pater dicitur filium generare, quod similitudinem suam in intellectu suo concipit. Sed hoc idem possunt facere filius & Spiritus sanctus: ergo idem quod prius.

¶ 10 Præ. Potentia est media inter essentiam & operationem. Sed una est essentia patris & filii, eademque potentia, ergo & una operatio: & sic filio conuenit generare: & ita ut prius.

¶ 11 Præ. Bonitas est diffusio principii. Sed sicut est infinita bonitas in patre & filio, ita et & Spiritus sancto: ergo sicut pater in infinita communicatione suam naturam comunicat, filium generando, ita Spiritus sanctus aliquam diuinam personam producendo. Non enim infinite comunicatur diuina bonitas creaturæ, & sic uidetur quod possint esse plures filii in diuinis.

¶ 12 Præ. Nullus boni sine consortio potest esse iocunda possessio. Sed filiatio est quoddam bonum in filio: ergo uidetur oportere ad perfectam iocunditatem filii, esse alium filium in diuinis.

¶ 13 Præ. Filius procedit a patre ut splendor a luce, ut patet. Hebræorum primo, qui cum sit splendor, &c. Sed splendor potest alium splendorem producere: & ille alium: & alius alium. ergo similiter uide-

atur esse in processione diuinarum personarum, quod filius possit alium filium generare: & sic idem ut prius.

¶ 14 Præ. Paternitas in patre ad eius dignitatem pertinet: sed eadem est dignitas patris & filii: ergo paternitas conuenit filio, & sic sunt plures filii in diuinis.

¶ 15 Præ. Eius est potentia cuius est actus: sed potentia generandi est in filio: ergo filius generat.

SED CONTRA. Illa sunt perfectissima in creaturis, quæ ex tota materia sua constant, & sunt eorum in singulis speciebus singula tantum. Sed sicut creaturæ materiales indiuiduantur per materiam, ita filii persona constituitur filiatione: ergo, cum Deus filius sit perfectus filius, uidetur quod in ipso solo in diuinis filiatio inueniatur.

¶ 2 Præ. August. dicit, quod si pater posset generare & non generaret, inuidus esset: sed filius non est inuidus: ergo cum non generet, generare non potest. Et sic non possunt esse plures filii in diuinis.

¶ 3 Præ. Quod perfecte dictum est semel, iterum dici non oportet: sed filius est uerbum perfectum, cui nihil deest: secundum Aug. ergo non oportet esse plura uerba in diuinis, & ita nec plures filios.

RESPON. Dicendum, quod in diuinis impossibile est esse plures filios, quod sic patet. Persona namque diuina cum in omnibus absolutis conueniant, utpote sibi inuicem essentialis, distinguui non possunt nisi secundum relationes: nec secundum alias: nisi secundum relationes originis. Nam aliarum relationum quadam distinctionem præsupponunt, ut æqualitas, & similitudo: quadam uero inæqualitatem designant, ut dominus, & seruus, & alia huiusmodi. Relationes uero originis ex sui ratione conformitatem important, quia quod oritur ex alio, eius similitudinem retinet in quantum huiusmodi. Non est igitur aliquid in diuinis, quo filius distinguatur ab alijs personis, nisi sola relatio filiationis, quæ est eius personalis proprietas: & qua filius non solum est filius: sed est hoc suppositum, uel hæc persona. Impossibile autem est quod illud, quo aliquod suppositum est hoc, in pluribus inueniri: quia sic suppositum ipsum esset commune, quod est contra rationem indiuidui suppositi, uel personæ. Unde nullo modo potest esse alius filius in diuinis quam unus. Non enim potest dici quod una filiatio constituat hunc filium, & alia alium, quia cum filiationes ratione non differant, oportet quod si materia uel quocumque supposito distinguerentur, quod esset in diuinis materia aut aliquid aliud distinguens quam relatio. Potest autem & alia ratio specialis assignari, quare pater tantum unum filium genere possit. Natura enim ad unum determinatur. Unde, cum pater natura generet filium, non potest esse nisi unus filius a patre genitus. Nec potest dici quod sint plures numero in eadem specie existentes, sicut apud nos accidit, cum ibi non sit materia, quæ est principium distinctionis secundum numerum in eadem specie.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod generatio, quamuis in patre sit quodammodo opus naturæ diuinæ, est tamen eius cum quadam concomitantia personalis proprietatis patris, ut supra dictum est: unde non oportet quod conueniat filio, in quo natura diuina sine tali proprietate inuenitur.

AD SECUNDUM dicendum, quod pater totam uirtutem suam communicat filio, quæ naturam diuinam sequitur absolute. Potentia uero generandi sequitur naturam diuinam cum actione proprietatis patris, ut dictum est.

Quæst. dist. S. Thomæ. B 2 AD

Cap. 3. circa med. illius.

Li. 3. contra Maximu c. 7. 18. & 22. tom. 6.

Li. 6. de tri. c. 10. & lib. 7. c. 2. tom. 3.

In monolo. cap. 32.

Art. 2. huius quasi.

AD TERTIUM dicendum, qd imago assimilatur ei cuius est imago quantum ad speciem, non quantum ad relationem. Non enim oportet qd si imago est ab aliquo, qd eius est imago, sit ab alio: quia nec similitudo proprie secundum relationem attenditur, sed secundum formam.

AD QUARTUM dicendum, qd sicut filius assimilatur patri in natura divina, non in proprietate personalis, ita & assimilatur ei in actione, qd concomitatur naturae, sine concomitantia proprietatis praedictae. Talis autem actio non est generatio, unde ratio non sequitur.

AD QUINTUM dicendum, quod licet potentia generativa patris non exhaustiatur, neque minuitur per generationem filii, tamen eius infinitatem adaequat filius, qui est intellectus infinitus, non autem creatura finita, unde non est simile.

AD SEPTIMUM dicendum, qd in ratione ducente ad inconueniens, non oportet qd sola inconuenientis vitatio sit causa remouende positionis, ex qua inconueniens sequitur, sed etiam cause manifestationis inconuenientis, unde non oportet qd propter hoc solum non sint plures filii in diuinis, ne sit generatio in finita.

AD SEPTIMUM dicendum, qd spiritus sanctus procedit per modum amoris. Amor autem non significat ut aliquid figuratum vel specificatum specie amatis, vel amati, sicut verbum significat specie dicentis, & eius quod dicitur habens. Et ideo, cum filius procedat per modum verbi, ex ipsa ratione suae processionis habet, ut procedat in similem speciem generantis, & sic quod sit filius, & eius processio generatio dicatur. Non autem spiritus sanctus hoc habet ratione suae processionis, sed magis ex proprietate diuinae naturae, quia in Deo non potest esse aliquid, quod non sit Deus. Et sic ipse amor diuinus Deus est: in quantum quidem diuinus, non in quantum amor.

AD OCTAVUM dicendum, qd hoc verbum dicere, potest accipi dupliciter, stricte & large: stricte accipiendo dicere, idem est quod verbum se emittere, & sic est notionale, & conuenit tantum patri: & sic accipit dicere Augustinus, unde ponit in principio: de Trinitate, quod solus pater dicit se. Alio modo potest accipi communiter: prout dicere, idem est quod intelligere. Et sic essentialiter. Et hoc modo Anselmus accipit in monologio, ubi dicit, quod pater & filius & spiritus sanctus dicunt se.

AD NONUM dicendum, qd sicut generare soli patri conuenit in diuinis, ita & concipere, unde solus pater suam similitudinem concipit in intellectu, quamuis filius & spiritus sanctus intelligant, quia in intelligendo nulla relatio exprimitur, nisi forte secundum modum intelligendi tantum: sed in generando & in concipiendo exprimitur realis origo.

AD X. dicendum, quod ratio illa recte procedit de actione quae consequitur naturam absolute sine aliquo respectu ad proprietatem: talis autem non est generatio, unde ratio non sequitur.

AD XI. dicendum, qd in diuinis non potest esse nisi spiritalis processio, quae quidem est solum secundum intellectum & voluntatem. Et ideo non potest a spiritu sancto alia persona diuina procedere, quia ipse procedit per modum voluntatis ut amor, filius per modum intellectus ut verbum.

AD XII. dicendum, qd proprietates personales oportet ut sit incommunicabilis, ut supra dictum est, unde in ea consortium fieri, non requirit iocunditas.

AD XIII. dicendum, quod illa similitudo, non

oportet qd teneat quantum ad omnia. **AD XIIII.** dicendum, qd sicut paternitas in patre, & filiatione in filio, sunt una essentia, ita & sunt una dignitas, una bonitas.

AD XV. dicendum, qd cum di potentia generandi, hoc gerundium generandi, tripliciter potest accipi. Vno modo prout est gerundium uerbi actiui: & sic ille habet potentiam generandi, qui habet potentiam ad hoc quod generet. Alio modo prout gerundium est uerbi passiuu: & sic ille habet generandi potentiam, qui habet potentiam ad hoc ut generetur. Tertio modo prout est gerundium uerbi imperfecti: & sic di ille habere potentiam generandi, qui habet potentiam illam, qua ab alio generatur. Primo ergo modo, potentia generandi non conuenit filio, sed. 2. & 3. unde ratio non sequitur.

ARTICULUS V. sub. Potentia generandi sub omnipotentia comprehendatur.

Quinto quaeritur, utrum potentia generandi sub omnipotentia comprehendatur. Et videtur quod non: Omnipotentia enim conuenit filio, secundum illud symbolum, Omnipotens pater, omnipotens filius, omnipotens Spiritus sanctus; non autem conuenit ei potentia generandi: ergo sub omnipotentia non comprehenditur.

¶ 1. Præter. Augustinus dicit, quod Deus dicitur omnipotens, quia potest omnia quae uult: sed quo uideretur, quod potentia illa ad omnipotentiam pertinet, quae a uoluntate imperatur. Potentia autem generandi non est huiusmodi: quia pater non genuit filium uoluntate, ut supra habitum est, ergo potentia generandi ad omnipotentiam non pertinet.

¶ 2. Præter. Omnipotentia Deo attribuitur, in quantum eius omnipotentia; ad omnia quae sunt in se possibilia se extendit: sed generatio filii uel ipse filius, non est de possibili, sed de necessarii, ergo potentia generandi sub omnipotentia non comprehenditur.

¶ 3. Præter. Quod conuenit pluribus communiter, conuenit eis secundum aliquid eis commune, sicut habere tres, aequaliter & gradato, secundum hoc quod triangulus sunt, ergo quod conuenit alicui soli, conuenit ei secundum hoc quod sibi est proprium. Omnipotentia autem non est propria patris. Cum ergo potentia generandi soli patri conueniat in diuinis, non conuenit ei in quantum est omnipotens; & ita ad omnipotentiam non pertinet.

¶ 4. Præter. Sicut est una essentia patris & filii, ita & una omnipotentia: sed ad omnipotentiam filii non reduciunt posse generare, ergo nec ad omnipotentiam patris. Et sic nullo modo potentia generandi ad omnipotentiam pertinet.

¶ 5. Præter. Ea quae non sunt unitus rationis, sub una distributione non cadunt. Non enim cum dicitur omnis canis, distributio sumitur pro latrabilibus & celestibus. Sed generatio filii, & productio aliorum, quae omnipotentia subiacent, non sunt unitus rationis: ergo, cum dicitur, Deus est omnipotens, non includitur ibi potentia generandi.

¶ 6. Præter. Illud, ad quod omnipotentia se extendit, est omnipotentia subiectum, sed in diuinis nihil est subiectum, ut Hieronymus dicit: ergo nec generatio filii, nec filius omnipotentia subditur, & sic idem quod prius.

¶ 8 Præter.

Lib. 7. non
paul a prin
cipio. 10. 3.
cap. 60.

In cor. art.

Enchirid.
Ca. 96. 10.
Præter.
27.
8.
1.
2.
6.

Dominus
229.
med. 11.
3. cap. 10.

Lib. 1. c. 18. & preced.

¶ 8 Præt. Secundum Philosophum 5. Phis. relatio non pot esse terminus motus per se, & per consequens nec actionis, & ita nec potentia obiectum, que dicitur respectu actionis. Sed generatio & filius in diuinis relatiue dicuntur: ergo Dei potentia ad ea se non extendit. Et sic posse generare non includitur in omnipotentia.

Lib. 3. c. 7. in fine & c. 8. & 23. a medio.

SED CONTRA est quod Aug. dicit contra Maximum. Si pater non potest generare filium sibi æqualem, ubi est eius omnipotentia ergo omnipotentia ad generationem se extendit.

¶ 2 Præt. Omnipotentia in Deo dicitur non solum respectu actuum exteriorum vt creare, gubernare, & huiusmodi, q ad effectus exteriori terminari significantur, sed etiã respectu actuum interiorum vt intelligere & velle. Si quis enim Deum non posse intelligere diceret eius omnipotentia derogaret. sed filius procedit vt verbum per actum intellectus: ergo respectu generationis filii, omnipotentia Dei intelligitur.

¶ 3 Præt. Maius est generare filium quam creare celum & terrã: sed posse creare celum & terrã est omnipotentia: ergo multo magis posse filium generare.

¶ 4 Præt. In quolibet genere est vnum principium, ad quod omnia, quæ sunt illius generis reducuntur: in genere autem potentiarum principium est omnipotentia: ergo omnis potentia ad omnipotentiam reducitur: ergo & potentia generandi vel continetur sub omnipotentia, vel in genere potentiarum erunt duo principia, quod est impossibile.

Prima p. q. 274. art. 3. & q. 30. art. 1. & hic in 6. articulo.

RESPON. Dicendum, q potentia generandi pertinet ad omnipotentiam patris, non autem ad omnipotentiam simpliciter. quod sic pater. Cum enim potentia in essentia radicari intelligatur, & sit principium actionis, oportet idem esse iudicium de potentia & actione, quod est de essentia. In essentia autem diuina hoc considerandum est, q propter eius summã simpliciter, quicquid est in Deo est diuina essentia: vnde & ipsæ relationes, quibus personæ ad inuicem distinguuntur, sunt ipsa diuina essentia fm rem. Et quãuis vna & eadẽ essentia sit cõmunis tribus personis, non tñ relatio vnus persona: cõis est tribus, propter oppositionem relationum ad inuicem. Ipsa enim paternitas est diuina essentia, nec tamẽ paternitas filio inest propter oppositionem paternitatis & filiationis: vnde potest dici, q paternitas est diuina essentia prout est in patre, non prout est in filio. Non. n. eodẽ modo est in patre & filio, sed in filio vt ab altero accepta, in patre autem non. Nec tamẽ sequitur, q quãuis paternitatem filius nõ habeat, quam pater habet, aliquid habeat pater, quod non habet filius. Nã ipsa relatio secundum rationem sui generis, inquantum est relatio, nõ habet quod sit aliquid, sed solum q sit ad aliquid. Quod sit vero aliquid secundum rem, habet ex illa parte, qua inest, vel vt idem secundum rem, vt in diuinis, vel vt habens causam in subiecto, sicut in creaturis vnde cum id quod est absolutum, communiter sit in patre & filio, non distinguuntur secundum aliquid, sed secundum ad aliquid tantum. vnde non potest dici quod aliquid habet pater quod non habet filius, sed q aliquid secundum vnum respectum conuenit patri, & secundum alium aliquid filio. Similiter ergo dicendum est de actione & potentia. Nã generatio significat actionem cum aliquo respectu: & potentia generandi significat potetiam cum respectu, vnde ipsa generatio est Dei actio, sed prout est patris tantum: & similiter ipsa potentia generandi est Dei

oipotentia, sed prout est patris tantum. Nec tñ sequitur q aliquid possit pater, quod nõ possit filius. Sed oia quacumq; pot pater, potest filius. quãuis generare nõ possit. Nam generare ad aliquid dicitur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod posse generare, ad omnipotentiam pertinet, sed non prout est in filio, ut dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, q Aug. nõ intendit ostendere totã rõnẽ oipotentia in verbis illis, sed quoddam oipotentia signum. Nec loquitur de omnipotentia nisi secundum quod ad creaturas se extendit.

AD TERTIVM dicendum, q possibile, ad quod oipotentia se extendit, non est accipiendum solum pro contingenti: quia & necessaria sunt per diuinã potentia ad esse producta. Et sic nihil prohibet generationẽ filii computari inter possibilia diuinæ potentia.

AD QVARTVM dicendum, q licet oipotentia absolute considerata non sit propria patris, tan. e. prout cointelligitur ei determinatus modus existendi, siue determinata relatio, propria fit patri. Sicut hoc quod dicitur Deus pater, patri proprium est: quãuis Deus sit tribus commune.

AD QVINTVM dicendum, q sicut una & eadem est essentia trium personarum, non tñ sub eadem relatione, uel secundum eundem modum existendi est in tribus personis, ita est & de omnipotentia.

AD SEXTVM dicendum q generatio filii & productio creaturarum non sunt vnus rationis secundum vnioactionem, sed secundum analogiam tantum. Dicit enim Basilius, q accipere, filius habet cõe cũ omni creatura, & ratione huius dicitur primogenitus omnis creaturæ. Col. 1. Et hac ratione potest eius generatio productionibus creaturæ communicari sub una distributione.

AD SEPTIMVM dicendum, q generatio filii est subiecta omnipotentia non hoc modo, quo subiectum inferioritatem designat, sed hoc modo quo designat solummodo potentia obiectum.

AD OCTAVM dicendum, quod generatio filii significat relationem per modum actionis, & filius per modum hypostasis subsistentis. Et ideo nihil prohibet quin respectu horum omnipotentia dicatur. Alia vero rationes non concludunt, nisi quod posse generare, ad omnipotentiam patris pertineat.

ARTICVLVS VI.

Vtrum potentia generandi & potentia creandi sint idem.

Extro quaritur, vtrum potentia generandi & potentia creandi sint idem. Et videtur quod non.

Generatio enim est operatio uel opus naturæ, sicut Damasc. dicit. Creatio vero, est opus voluntatis, ut patet per Hila. in libro de syno. sed voluntas & natura non sunt idem principium, sed ex opposito diuiduntur, ut patet secundo. Phis. ergo potentia generandi, & potentia creandi non sunt idem.

¶ 2 Præt. Potentiæ distinguuntur per actus, ut habetur secundo de anima. Sed generatio & creatio sunt actus multum differentes: ergo & potentia generandi, & potentia creandi non sunt una potentia.

¶ 3 Præt. Minor unitas est corum, que in aliquo vnioantur, q eorum, que habent idem esse: sed potetia generandi & potentia creandi in nullo vnioantur, sicut nec generatio nec creatio, nec filius & creatura: ergo potentia generandi & potetia creandi

Quæst. dist. S. Thomæ. B 3 non

In corp. art.

B. 1035

Hom. de G. de 15.

L. 1. cap. 17. lib. 1. cap. 8.

2. Phis. com. 45. & 49.

2. de anima com. 33.

non sunt idem secundum esse.

¶ 4 Præterea. Inter ea quæ sunt idem, nõ cadit ordo: sed potentia creandi est prior quæ potentia generandi secundum intellectum, sicut essentialiter notionaliter: ergo prædictæ potentie non sunt idem.

SED CONTRA. In Deo non differt potentia & essentia, sed vna tantum est diuina essentia: ergo & vna tantum potentia. Non ergo prædictæ potentie distinguuntur.

Liba. de ge
neci ad hec
raut ca. 6. &
7. to 3.

¶ 2 Præterea. Deus non facit per plura quod potest facere per unum: sed per unam potentiam Deus potest generare & creare, præcipue cum generatio filii sit ratio productionis creaturæ, secundum illam Augustini expositionem, Dixit & facta sunt, id est, uerbum genuit in quo erat, ut fierent, ergo vna tantum potentia est generandi & creandi.

Art. præc.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, ea quæ de potentia dñi in diuinis, considerata sunt ex ipsa essentia. In diuinis autem licet una relatio ab altera distinguatur realiter per oppositionem relationum, quæ reales in Deo sunt, ipsa tamen relatio non est aliud secundum rem quam ipsa essentia, sed solum ratione differens, nam relatio ad essentiam oppositionem non habet. Et ideo non est concedendum quod aliquid absolute in diuinis multiplicetur: sicut quidam dicunt, quod in diuinis est duplex esse, essentialiter & personale. Omne enim esse in diuinis, essentialiter est, nec persona est nisi per esse essentialiter. In potentia uero præter id quod est ipsa potentia, consideratur respectus quidam uel ordo ad id quod potentie subiaceret. Si ergo potentia, quæ est respectu actus essentialiter, sicut potentia intelligendi uel creandi, comparatur ad potentiam, quæ est respectu actus notionaliter (cuiusmodi est potentia generandi) secundum id quod est ipsa potentia, inuenitur una & eadem potentia sicut est unum & idem esse naturæ & personæ. Sed tamen utriusque potentie colligitur alius & alius respectus, secundum diuersos actus ad quos potentia dñi. Sic ergo potentia generandi & creandi est una & eadem potentia, si consideretur id quod est potentia. Differunt tamen secundum diuersos respectus ad actus diuersos.

D. 945.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod licet in creaturis differant natura, & propositum: in diuinis tamen sunt idem secundum rem. Vel potest dici, quod potentia creandi non nominat propositum siue uoluntatem, sed potentiam prout a uoluntate imperatur. Potentia autem generandi secundum quod natura inclinatur, agit: hoc autem non facit diuersitatem potentie. Nam nihil prohibet aliquam potentiam ad aliquem actum imperari a uoluntate, & ad alium inclinari a natura. Sicut intellectus noster ad credendum inclinatur uoluntate, ad intelligendum prima principia ducitur ex natura.

AD SECUNDUM dicendum, Quanto aliqua potentia est superior, tanto ad plura se extendit: unde minus est distinguibilis per diuersitatem obiectorum, sicut imaginatio vna potentia est respectu omnium sensibilium, respectu quorum sensus proprii distinguuntur. Diuina autem potentia est summe eleuata. Unde differentia actuum in ipsa potentia quantum ad id quod est, diuersitatem non inducit: Sed secundum unam potentiam Deus omnia potest.

AD TERTIUM dicendum, quod potentia generandi & potentia creandi quantum ad ipsam (ut ita loquar) potentie substantiam, non solum uniuocantur, sed sunt unum. Sed quod analogice dicatur, hoc est ex ordine actus.

F AD QUARTUM dicendum, quod prædictæ potentie non ordinantur secundum prius & posterius, nisi prout distinguuntur. Unde ordo earum non attenditur nisi per respectum ad actus. Et ex hoc patet, quod potentia generandi est prior potentia creandi, sicut generatio creatione. Quantum uero ad hoc quod ad essentiam comparantur, sunt idem, & non est in eis ordo.

QVAESTIO III.

De creatione.

Et habet articulos xix.

G ¶ Primo, n. queritur, Vtrum Deus possit aliquid creare, ¶ Secundo, Vtrum creatio sit mutatio. ¶ Tertio, Vtrum creatio sit aliquid realiter in creatura.

¶ Quarto, Vtrum potentia creandi sit creatura communicabilis.

¶ Quinto, Vtrum possit esse aliquid quod non sit a Deo creatum.

¶ Sexto, Vtrum sit unum tantum creatiois principium.

¶ Septimo, Vtrum Deus operetur in omni operatione naturæ.

¶ Octauo, Vtrum creatio operi naturæ admisceatur.

¶ Nono, Vtrum anima creetur.

¶ Decimo, Vtrum anima sit creata in corpore uel extra corpus.

¶ Undecimo, Vtrum anima sensibilis & vegetabilis sint per creationem.

¶ Duodecimo, Vtrum sint in femine quando descenditur.

¶ Tertiodecimo, Vtrum aliquod ens ab alio, possit esse æternum.

¶ Decimoquarto, Vtrum id quod est diuisum a Deo per essentiam possit semper fuisse.

¶ Quintodecimo, Vtrum res processerint a Deo per necessitatem naturæ.

¶ Sedecimo, Vtrum ab vno primo possit procedere multitudo.

¶ Septimo decimo, Vtrum mundus semper fuerit.

¶ Octauo decimo, Vtrum angeli sint creati ante mundum visibilem.

¶ Nonodecimo, Vtrum potuerint esse Angeli ante mundum visibilem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Deus possit aliquid creare ex nihilo.

QVAESTIO est de creatione, quæ est primus effectus diuinæ potentie. Et primo queritur, vtrum Deus possit aliquid creare ex nihilo. Et videtur quod non. Deus nõ potest facere contra communem animi conceptionem, sicut quod totum nõ sit maius sua parte: sed sicut dicit Philosophus in 1. Physi. communis conceptio ex sententia Philosophorum fuit, quod ex nihilo nihil fiat: ergo Deus nõ potest de nihilo aliquid facere.

¶ 2 Præterea. Omne quod sit, antequam esset, possibile erat esse si enim erat impossibile esse, nõ erat possibile fieri. nihil enim mutatur ad id quod est impossibile. Sed potentia, qua aliquid potest esse, non potest esse nisi in aliquo subiecto: nisi forte ipsamet sit subiectum. nam accidens absque subiecto esse non potest. Ergo omne quod sit, fit ex materia uel subiecto. Impossibile est ergo ex nihilo aliquid fieri.

¶ 3 Præterea. Infinitam distantiam nõ contingit pertranfire: sed nõ entis simpliciter ad ens est infinita distantia

tes. 11

tia